



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Hassica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



HASSICA.

MARPURGI.

IN TEMPLO DIVÆ ELI- SABETHÆ.



Nno Domini M. CCCC. XLV. den montag
nach Valentini starb der mächtige vnd Hoch-
geborne Fürst vnd Herz / Herr WIL-
HELM Landgraf zu Hessen / Graf zu
Catzenelbogen / zu Siegenhain / zu Diez / vnd zu Nidda.

EPITAPHIUM ANNÆ LANDGRAVIÆ.

*Ossa sub hoc tumulo sunt condita Principis ANNÆ,
MECKELBURGENSI qua fuit orta Duce:
Hac thalamo fuerat geniali juncta GUELMO,
HASSIA tum cujus paruit imperio.
At pia dum varios de religione tumultus,
Atq; animo voluit rustica bella suo:
Mœstitiâ hinc terrore simul confecta supremum
In Domino clausit post pia vota diem.*

Von Gottes gnaden Fraw ELISABETH ge-
borne Landgräfin zu Hessen / weiland Hergog HAN-
SERN zu Sachsen verlassene Wittibe / ist in Gott ver-
schieden den 6. Decembris / im jar 1558. Der seelen Gott
gnedig sey.

IN OBITUM NOBILIS CASTISSIMÆQUE
matronæ Ursulæ á Remchingen, nobilis & excellentis
viri Hermanni á Rehen conjugis, quæ obiit
Calend. Jan. an. 1572.

*Aspicio vita quam sit vaga meta, viator,
Exemploq; meo disce subinde mori.
In medio cecidi, dolor, & vi flore, duplexq;
Mors in me peperit duplice morte malum.
Nam vix quinq; meæ superâram lustra iuventâs
Bisq; decem fueram mensibus apta toro:
Cúm fœtu mecum morior moriente marito
Rapta meo, sed non Christe benigne tibi.
In te jam vivo, proles tibi vivit, & unâ
Spectamus super a gaudia vera domus.
Ergo vale conjunx, valeant ludibria mundi,
Vobiscum dolor est, nos fovet alma quies.
Petrus Paganus Poëta L. F.
Vita mihi Christus, mors mihi dulce lucrum.*

Anno 1590. den 15. Martij starb der Edle vnd Ehrns
veste **LUDWIG-CASIMIR** von **CHRAM**/
dem Gott gnade: seines alters sibenzehen jar vnd sechs
monat.

*Ut nunc triste mori est, sic dulce resurgere quondam,
Vita mihi Christus, mors mihi dulce lucrum.
In terris labor est, requies sed dulcis in urna,
Dum veniant summo gaudia summa die.*

IN SUMMO VRBIS TEMPLE.

D O M S:

LUDOVICUS DEI GRATIA LANDGRAVIUS
Hassia, Com. in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegen-
hain & Nidda, &c. sibi & conjugi suæ hoc
monumentum fieri fecit.

*Symbolum L. L.**Vita mihi Christus,
Phil. i.**Symbolum L.**Mors mihi lucrum,
Phil. i.*Illustrissima Princeps ac Domina, Domina **HEDVIG**

Ss ij

GIS, Dei gratiâ Landgravia Hassiæ, Comitissa in Catzen-
elnbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda: Illustrissimorum
Wirtembergensium & Teccensium Ducum & Mompe-
licardicorum Comitum genere nata, cum anno ætatis
suae 43. Christi verò 1590. quarto Martii post horam se-
cundam matutinam, Marpurgi ex hac vita in cælestem,
magno apud omnes post se desiderio relicto, migrasset,
corpus ejus usq; ad beatorum resurrectionem isthic con-
ditum est.

*Christus post mortem abolevit eum qui mortis
habebat imperium.*

DEO OPTIMO MAXIMO SACRUM.

Epitaphium Domini NICOLAI MAGNI SUECI
J. U. D. qui obiit an. M. D. XLIII. die
XXIII. Novembris.

*Hic est NICOLEUS positus sub marmore MAGNUS,
Maxima qui Juris laus utriusq; fuit.
Multorum mores populorum vidit, & illa,
Dum vixit, nulli laude secundus erat.
Innocua coluit, quam, toto tempore vitæ,
Fassa fuit veram vox in agone fidem.
Et nisi rupissent fatales stamina Parca,
In patria voluit jussa docere Dei.
Funde piæ lacrymas addicta ô Suecia Christo,
Hunc monstraturus qui fuit, orba duc es.*

Joannes Draconites,
Wolfgangus Laurentii
posuerunt.
Joannes Richius F.

*Non media de plebe vir est, quem contegit: ste
Hic nuper positus, lector amice, lapis.
Hic Legum Doctor sanctarum JUSTUS HAMRUS
Exutus putrido corpore ritè cubat.
Virtutum magnus cultor, pietatis amator,
Doctorum fautor, justitiæq; tenax;*

ÆQUARIUS

*Æquarum callens spatiosa volumina Legum,
 Justaq; pro trepidis dicere jura reis.
 Oppressis qui ferret opem, miserisq; levaret
 Arte sua, haud longè notior alter erat.
 Nulli inquam nocuit, multos adjuvit, & omnes
 Officiis studuit demeruisse bonos.
 Ergo senatorum numero tandem additur hujus
 Urbis, quos inter lucida stella fuit.
 Hinc ibi Hassiacis jam nobile nomen in oris,
 Idq; animi meruit dotibus eximiis.
 Sed mens ad superas sedes concessit, ubi nunc
 Æterna fruitur lata quiete poli.*

D. NICOLAUS RO-
 DINGIUS F.

Obiit Marpurgi 20. die Januarii,
 An. M. D. LI.

EPITAPHIUM GERHARDI NO-
 viomagi.

*Hic NOVIOMAGI requiescunt mēbra GERHARDI,
 Juxta hunc ANDREAS conditur HYPERIUS.
 Ut pia doctrina concordia junxerat ambos,
 Sic idem amborum contegit ossa locus.
 Quos sociat tumulus, sociabunt calica regna,
 Ut capiant fidei premia justa sua.*

HENRICUS VIETOR FRIDBERGENSIS
 sacrosanctæ Theologiæ Doctor & Professor in schola pri-
 marius, & Ecclesiæ hujus minister fidelis, in Chri-
 sto obdormivit anno 1576. die
 7. Januarii.

*Hic cubat Henricus Vietor, placideq; quiescit,
 Scripturæ sanctæ Doctor pius atq; modestus,
 Divini verbi constans & praco fidelis;
 Terra fovet corpus, fama inclyta non morietur;
 Spiritus in calo fruitur, sed sede beata
 Percipiens vera jam gaudia plena salutis.*

Ss iij

EPITAPHIUM IN OBITUM UXORIS DANIELIS
Lünckeri junioris, matronæ nobilis ac perhonestæ,
quæ in Christo piè obdormivit 30. Aprilis,
an. 1576.

*Qua summo agnovit Daniele jure maritum
LUNCKERUM, busto hoc en KATHARINA jacet,
Ex patre Gunthero SCHENCK nobilitate refulsit,
Atq; pia prolis mater honesta fuit.*

GREGORIUS primævus erat, MARGRETA secunda,
Tertia post illos ELISABETHA venit.

ANNA soror quarta est, post bini nomine JANI,
Ex quibus hoc nomen DANIEL alter habet;

URSULA postrema est, qua primum quarit in undis
Submersum fratrem, vindice morte mali.

*Utq; pia matri, sic gnatis hisce duobus
Summa quies parta est; te piè Christe duce.*

IN COEMETERIO AD
sanctum Michaëlem.

JUSTO VULTEJO WETTERANO RECTORI
Pædagogii gravi & præclaro, sanctæ linguæ Profes-
sori, candido marito dulcissima Katharina
Fettia hoc monumentum F.F.

Symbolum Justi Vulteji in Christo piè defuncti,
ult. Martii, an. 1575.

*Quid sum? quis? qualis? quantus? quotus? unde? quibusve
Ortus avis? quorsum tendo? quibusve viis?
Vermis: homo: malus: exiguus: postremus: ab imo:
Talibus & cretus: nitor ad astra: fide.*

IN COLLEGIO AD LANUM,
ante majus Pædagogium.

EPITAPHIUM M. JUSTI SCHRODERI
præceptoris Pædagogii, & senatoris
Marpurgensis.

JUSTUS ut é vivis superam SCHRODERUS in aulam
Concessit, tota luctus in urbe fuit;

Primus

Primus erat pulla quem flens ACADEMIA veste
 Prodidit, alterius curia signa dedit;
 Publicus hic fuerat, sed erat quoque publicus ille,
 Publicus & civis quo gemuere, fuit.
 Omnia luxerunt, hunc publica luximus ipsi
 Collegam, quo non dulcior alter erat.
 Casta quid enumerem lacrymas quas fuderit uxor,
 Præcoce tam chari territa morte viri.
 Cum Cicerone Maronis opes & fortis Horati
 Explicuit nostris voce sonante scholis;
 Urbi consilium solitus præstare senator,
 Et populo merces, more Solonis, erat.
 Commodus interpres scriptorum, stella senatus,
 Mercator justus, luxque serena schola.
 Ille suos juvenis morboque animisque parentes
 Invalidos aluit, sumptibus ipse suis.
 Pro qua tam sancta calo pietate probatus
 Invectus superis gaudet honore choris.

Obit 29. Aprilis an. 1569.

Justus Vultejus dulcissimo col-
 legæ suo F.

Ibidem.

EPICEDION FRIDERICI PEUCKERI,
 Philippi Peuckeri, prætoris Kirchainensis filii, mor-
 tui Marpurgi in Pædagogio.

Siccine te Friderice meum decus ergo remitto,
 Pro viro absenti funus inane patri?
 Quam fueras meritis Tithonia vivere secla,
 Tam nimis ah raptus præcoce morte jaces!
 Aurea si virtus contra fera fata valeret,
 Non tua vis Stygiis fracta fuisset aquis.
 Cum tua pacificis impleres nomina factis,
 Pacificam cali es jussus inire domum.
 Hic te tranquilla sortitum tempora vita
 Nos teneris miseri prosequimur lacrymis.
 Hanc tamen, hanc tecum laudem vel mortuus aufer,
 Quam tibi præceptor concinit ille tuus;

Ss iij

*Quem venerabaris, quem charum semper habebas,
Cujus pendeat vultus ab ore tuo.
Reddidit ille tuis lacrymas quoq; manibus, ipso
Orbatus nato, non secus atq; suo.
Siccine te FRIDERICE meum decus ergo remitto,
Pro valido absenti nomen inane patri?*

Anno Domini 1569. 15. Novemb.

IN COEMETERIO ANTE
portam Franciscanam.

REGI CUI OMNIA PARENT.

Quando hæc fiat emigratio, quid interest?

GEORGIO STEUCHIS HEIDELBERGENSI,
Christianæ pietatis, bonarum literarum & veræ virtutis
studio, magnæ spei adolescenti, in medio studiorum
cursu, florentibus annis, XVI. Novembris, anno Christi
M. D. LXXXIII. immatura morte abrepto, filio ut unico,
ita dilectissimo, GEORGIUS STEUCHIS, Camera E-
lectoratus Palat. præfectus, pater moestissimus heu lacry-
mabile hoc amoris paterni monumentum amaro super-
stes animo, quod nollet, id fecit.

Vixit annos 14. menses 10. dies 5.

ECHARDUS WEIGEL VOLQUINO WEIGEL
Archiatro aulae Cassellanae natus, Illustriss. Principi Lād-
gravio Guilielmo propter ingenii dotes charus, dū spon-
sus nuptias parat, fatali morte corripitur, & Marpurgi
anno Domini M. D. LXXXI. die Julii XI. annum
agens xxx. moritur, cujus anima bea-
torum consortio nunc
fruitur.

Symbolum defuncti.

*Pasce tuo verbo vita, mala pelle, salutis
Æterna confer gaudia, Christe, mihi.*

Phil. I. Ich habe lust abzuscheyden, vnd bey Chri-
sto zu seyn.

EPITA-

EPITAPHIUM JOANNIS HARTMANNI ILLU-
strissimi Principis Hassiæ LUDOVICI quondam
Secretarii, pié in Christo 20. die Decemb.
ann. 1578. defuncti.

*Hic tegit Hartmanni tumulus pia membra Joannis,
Munera solliciti post pia gesta fori.
Cujus mille quidem morbis fuit anté peremtum
Corpus, at in viridi nunc requiescit humo.
Spiritus Elysió felix spatietur in agro,
Donec & instaret vis rediviva rogam.*

Umbra defuncti loquitur.

*Posteritas qua forte mea cognoscere vita
Fata velis, isthac carmina pauca lege.
Si meminisse potes, sit quando Philippus in auram
Editus, Hassiaca stella leoq; plaga: Ann. 1504.
Ille mihi vita primordia contulit annus,
Et dedit atatis tempora prima mea.
Cumq; ter octavum mihi vita fuisset in annum
Continuata, bono sidere sponsus eram. Ann. æt. 24.
At cum natalis superasset lustra bis octo,
Atq; duos annos vita resecta mihi est: Ann. æt. 32.
Quinquaginta annos septemq; superstes in illo
Conjugio, stabili pace maritus eram. Anno 57.
Ex una thalami socia bis pignora quinq;
Eduxi, tremulus post modo factus avus.
Martis quinq; fui per lustra senator in urbe,
Sed tamen his lustris unicus annus abest. Ann. 24.
Annos ante obitum septem celebrare placebat
Jubila, sponsorum more modoq; senum. Ann. 1580.
Dulcis posteritas, imitatrix esse tuorum
Majorum studeas sedula, jamq; vale.*

Fiât voluntas Domini. W. H. E.

Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere,
evigilabunt, alii in vitam æternam, &
alii in opprobrium. H. B.

D. 11. 12.

DEO OPTIMO MAXIMO SACRUM.

Cave lector, disce, naturæ hic cursus, hæc fati lex est, orta ut intereant. Hujus te memorē defuncti, hæc quoties aspicias, volumus. Fuit nostra apud homines excellentia venustasq; cum labore secularis, nunc veró lumina in cœli gloria, vita cum Deo æterno sempiterna. Quàm felix, quàm fausta mutatio! quid igitur relicta luges uxor? cur parētes, fratres doletis mœsti? gaudete, in cœlis namque læti spectabimus lætos. Et quò nostra in terris etiam extaret memoria defunctis, THEOBALDO OLDENDORPIO, VALENTINO ET JOANNI, CHRISTI-NÆ, suavib. THEOBALDI liberis, privignis suis, SUSANNÆ filiolæ suæ dulcissimæ Johannes Wolfius D. & Professor Medicus hoc posuit monumentum: An. Christi M. D. LXXXII. Julii XI.

ELISABETH,

HOC EST:

Mein Gott hat geschworen/ mich *** ersettiget/
vnd zu rechter ruhe gebracht.

*Nihil tam amarum, quod Christo vita ligno re-
repto, non fiat dulcissimum.*

ELISABETHA MANTELIN primúm Jacobi Wolfii, póst Justi Schroderi, artium Magistri & prudentissimi senatoris castissima conjunx; matrona dotibus ornata singularibus, & benigna pauperum fautrix, cursu & certamine peracto, dedit spiritum Christo suo charissimo, & nunc in gloria venturum expectans judicem, suo híc quiescit corpore, at spiritu cum angelis Christi gaudet consortio, cœlesti induta pallio triumphat felicissima: Vale mater dulcissima, vale, jam felicissima lætare æternis gaudiis cum Christo & sanctis angelis.

Matri charissimæ Non. Novemb.
an. 1583. pié in Christo defun-
ctæ posuerunt liberi.

JOHAN-



JOHANNI PINCIERO WETTERA-
NO, THEOLOGO INSIGNI, IN PATRIA
primū, post in cœnobio Heneiensi verbi divini Mini-
stro fideli, modesto, amabili, patri atque focero carissimo

REBECCA filia, generūque JACOBUS ALTSTETEN

Christi minister REBECCÆ maritus, epita-
phium hoc memoriæ ergo
posuerunt.

IN hoc theatrum flebilis mundi tulit,
Mater mea me flentem ipsamet flens Hassia
In oppido, quod vulgò dicunt Wetteram.
Ibi educatus à piis parentibus
Infantiam ultra, ad literas statim trahor,
In quæis parentes me satis feliciter
Ut progredi vidèrè, ad urbem Martiam
Haud longulè mittunt sitam, & pro re sua
Alunt suo sumtu, idq; liberaliter.
Hic laurea prima decoratum honoribus
Lovanium jubent adire; pareo.
Profectus hinc sum doctior Lutetiam,
Et inde abiens Tigurina vidi mœnia.
Ibi substiti nonnil; dein me confero
Ad oppidum, cui nomen argentum dedit:
Hic me BUCERUMQ. una continet domus,
Ex cujus hausi multa consuetudine.
Iam cultus arte & cœlica scientia
Rerum sacrarum, in patriam caram vocor,
Ut Christi ovile pascere; quod sedulo
Feci absq; fraude, & veritatem publicis
Scriptis tueri non dubitavi. si cupis
Ea nosse: dicam. namq; non ferunt meum
Nomen; sed Helias Palingenius sibi
Nonnulla tribuit. Inter hæc Elenchus est,
Et quidem alius libellus. Hunc placuit mihi
Tragœdiam vocare dipnosophisticam.
Sed Antidotum primò editum in lucem, meum

Fert nomen, aſt ſecundó plané anonymum eſt.
 Excudit illa á montibus dicta urbs meris :
 Aſt hoc Geneva ſita ultimis in Alpibus.
 Hac ergo ſcripta pro meis poſthac habe.
 Ovile Chriſti pabulo verbi ſacri
 In patria per luſtra ſex & amplius
 Pavi. volens deinde Henejam transferor.
 Non otioſus ibi fui, ſed ſeduló
 Monſtravi iter ſalutis agræ & pauperi
 Turba, gregi Chriſti haud minus quám divites,
 Animoq; ſani pariter atq; corpore.
 His pabulum dum porrigo cælo datum,
 Quo non aliud nos nutrit efficacius :
 Vitalis ignis corpore in meo ſuum
 Depaſcitur vorax pedetentim pabulum :
 Quo deficiente & ipſe ſenſim deficit
 Viresq; languescunt & agræ vox fluit.
 Donatus ergo Principum clementiã
 Rude, ob vigorem perditum ævi injuriã,
 In conjugis commigro tecta, qua vigenſ
 In monte Francorum anté ei paraveram
 Cariſſimam interim relinquens patriam,
 Ubi paterna rura adhuc erant ſuper.
 Poſt haud diu ſuperſtes aurã perfruor :
 Exinctus ignis namq; morti frigida
 Cedens locum, corpus animamq; ſeparat.
 Tu qui hac legis vale : atque corpus credito
 Sub terra ut eſt, in cælo ita eſſe ſpiritum.

J. P. W.

Natus eſt Wetteræ anno 1521. Obiit Fran-
 cobergæ anno 1591. 26. Januarii.

IN JO-

IN JOHAN. PINCIERUM
THEOLOGUM.

Doctrinā excellens, animus pius atq; modestus,
Te reddidere amabilem,
Dum vixisti in terris: nunc cœlesti arce receptus
Ex parte dimidia tui;
Cum Christo vivens, exspectas dum tibi corpus
Reddatur auctum gloriâ.

Johannes Piscator SS. Theologiæ
Professor in illustri Schola Her-
bornensi.



EPSTEINII.

JOHANNI PINCIERO J. U. D.
ILLUSTRISSIMI HASSIÆ PRIN-
CIPIS DOMINI LUDOVICI, &c. CONSI-
LIARIO, Epsteinensi Præfesto, marito dilectissimo, uxor
CATHARINA BREIDENSTEINIA amoris connubi-
alis atq; fidei memor epitaphium hoc Epsteinii, ubi mari-
tus vita pariter atq; officio defunctus est, & sepultus,
posuit, defunctiq; personam sic loquen-
tem introducit.

WETTERA me primùm vitalibus intulit auris.
Tradidit Argentina bonas mihi nobilis artes.
Juris Doctorem fecit me Gallia. Tellus
Itala me vidit peregrinum; vidit Ibera:
Vidit & Oceani dominatrix Anglia. Et inde
Gallia me reducem civilibus implicita armis
Ad Martem à Musis civilia traxit ad arma.
Cumq; etiam Belgas tristis vexaret Enyo,
Semper eram, Ludovice Comes, tibi fidus Achates.
Hassiaci accitus posthæc ad Principis aulam,
Marpurgi quinos moror annos. Arcis Eponis
Hinc præfecturam clementi à Principe nactus
Sedulus officium facio tria lustra duasq;
Messes; articulis ager, sed pectore sanus.
Omnibus his functum cum me jam gratia CHRISTI
Exorata piis precibus dissolveret, adem
Corpus in hanc tetulere meum, telluris & antro
Clausere obscuro penitus: sed spiritus alti
Cum Christo victurus ad It fastigia cœli,
Pectora sana meis obrectatoribus optans.

Obiit Epsteinii anno 1592.

FINIS.

Sor. tis J. U. D. Paderb.